



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Christus positus est in mina[m] multoru[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

ut responderet p̄na culp̄æ . Gregor. **Greg.**  
 Qui in ligno uincebat, in ligno quo-  
 que uinceretur . Quarto, ut ostende-  
 ret, quòd paratus erat omnes recipe-  
 re, quod significat extensio manuum  
 suarum . Vnde dicebat Isaias . Tota **Isa. 5.**  
 die expandi manus meas ad populum  
 non credentem, &c.

*Christus positus est in rui-  
 nam multorum.*

**Q**uibusdã est ruina miseri cordia  
 eius, sicut, illis qui peccant  
 sub spe ueniã. Etenim quia nõ  
 profertur citò contra malos senten-  
 tia. filij hominum absque ullo timo-  
 re perpetrant mala, dicit Ecclesiasti- **Eccel. 8.**  
 cus. Quibusdam iustitia Christi, sili-  
 cet, illis, qui desperant de uenia.  
 Matth. Scio quia homo durus es, &c. **Mat. 23**  
 Et de Cain dicente legitur. Maior **Gen. 4**  
 est iniquitas mea, quam ut ueniam  
 merear. Quibusdam dona Christi, si-  
 cut illis, qui superbiunt de scientia,  
 uel de rerum temporalium abundan-  
 tia. Luc. Vide ne lumen quod in te **Luc. 11**  
 est, tenebrã fiant. Et ideo qui diui-  
 tes fieri uolunt, &c. Quibusdam cor-  
 pus eius, sicut illis, qui sumunt indig-  
 nue. Idcirco (dicebat Paulus) inter **1. Cor. 2**

CHRISTIANA

uos multi imbecilles, & dormiunt  
multi, &c.

*Christus fuit resurrectio  
multorum.*

**Psa. 109** Angelorum, per sedium reple  
tionem. dicebat David. Im  
plebit ruinas multorum, &c.  
Animarum, per imaginis reformatio  
nem. Dicebat Paulus. Nos autem in  
eandem imaginem transformamur.  
**2. Co. 3.** Corporum nostrorum, per incorru  
ptionem. ait Pau. Canet enim tuba  
& mortui resurgent, incorrupti, &  
nos immutabimur. Sanctorum pa  
trum, qui erant in limbo. Dicebat  
**1. Cor. 15.** Zacha. Tu autem eduxisti in sangui  
ne tuo, &c.

*Christus comparatur gallina  
propter quinque.*

**Isa. 5.** **Mat. 11** **P**rimo, quia pullos uagantes uo  
ce ad cibum congregat, sic Chri  
stus, uelut ait Isaias. Omnes  
sitientes uenite ad aquas &c. Et ipse  
dicebat. Venite ad me omnes, qui la  
boratis, & onerati estis, &c. Secun  
do, quia pullos cuiuslibet auis sibi